Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Registratura Maximilliani - Cod. Aug. pap. 13

Maximilian <II., Heiliges Römisches Reich, Kaiser>

[Reichenau], 1563-1566

October

urn:nbn:de:bsz:31-84715

Visual Library

October.

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

Maximilianus &c.

149. Literas earundemq; Exempla, quas in negotij tui Lugdunensis commendationem ad Serenissimum Franciae Regem, eiusq; Matrem Reginam Viduam, item ad Connestablium et magnum Franciae Cancellarium tuo rogatu dedimus, cum hisce accipies, simulq; restet fortunas tuas haud louiter nobis curae esse intelligos. De caetero est nra benignitate spem tuam non frustra positurus. Dat. Posonij 2 Octobris Anno 63.

~~V. C. Mtas dat~~

~~Ad~~ Galeazum Galeatio Cusano ~~lrae~~ mittuntur lrae ad Regem et Reginam Franciae. Item ad Connestablium et Cancellarium ~~magnum~~ suo nomine scriptae. Maximili 150.

~~Maximilianus &c.~~

Etsi complura ista V. Patris amoris et animi in nos sui propensionis officicia, quae in negotio ipsa nro apud S. D. Ponti. Max. praestitit sane egregia et apprime utilia, iamantea et copiose et sedulo nobis praedicasset Rdus Sanctitatis suae Nuncius Delphinus: gratum tamen omnino fuit lris et V. Ptis eandem optimam erga nos voluntatem contestatam agnoscere: Quoniam aut ex his omnibus eam ipsam V. Ptem non minus, quam Sacae Caes. Mtis Dni et genitoris nri obseruandissimi semper fuit, nostri etiam amantem et studiosam animaduertimus, equidem pura etiam ijs benignitatis et beneuolentiae officijs, q eadem Caes. Mtas in ipsum assidua contulit, a nobis etiam expectanda sibi esse R. V. Ptas certo et indubitati sibi polliceri perpetuo potest. Quam Deus saluam et superstitem diu conseruet. Dat. Posonij. 3 Octobris Anno MDLXIII.

Ad Cardlem Moronum. Recepisse et de officijs suis, gratias actio.

Maximilianus ꝛc.

xl. Fuggerorum familiam, quod et de Incepta Austria
ca nra Domu iamdiu optime sit merita, et Viros
151 semper eximios, et perutiles comum Reip. complures
ediderit, charam acceptamq; summopere habemus.
Quapropter illorum rebus, fortunis, dignitati et fa-
mae conseruandae et manutenendae quae seruiunt, eo
sane complectimur libentius et benignius. Quae igitur
haud ita pridem Magnifici quondam Antonij Fuggeri
filijs, eiusdemq; ex fratre nepotibus à quibusdam isthic
illata est iniuria grauis certe, et q̄ silentio p̄terito
toti ~~eorum~~ eorum familiae uitio et contumeliae summae uerti
queat, ea non potuit pro pristina nra in ipsos benigni-
tate nobis etiam non esse permolesta. Est aut eius-
modi ut supplici eorundem libello ad nos delatum ē.
Joannae Ambauser et Dauide Reichlinger Vrae iam
Vrbis incolis sub eorum, quorum negotia isthic agunt,
Dnorum et principalium suorum, (qui tamen nec
sua, nec aliena de causa, quod à dictis Fuggeris Iure
petant; habere quicq̄, multoq; minus eiusmodi rei
erga eosdem Fuggeros suscipiendae mandatum istis
ullum dedisse se, iureiurando coram Senatu Augu-
stano attestati sunt) nomine et mandati praetextu po-
stulantibus et instigantibus effectu est, ut die superioris
mensis Junij Vicesima nona quidam Nicolaus de
Petro Curiae isthic Palatinae Commendator à magnifi-
cis Iudicibus ut asserit, iussus, Vniuersali negotiorum
dictae Fuggerorum Societatis isthic gestori Sebastiano
Vlstett, (qui eisdem Dnis suis inscijs neq; quicq̄
de eo iubentibus, paucorum aliquot millium aureo-
rum comercium: Idq; non communi Dominorū
suorum noīe, in quod solum procurator ab his est

ascitus, neq; eorundem in rem et cõmodum, cum dictis Joanne et Dauide contraxerat.) omnia illa, quae ex pfati Antonij eiusdemq; ex fratre Nepotum bonis et mercibus penes illum erant deposita, non audita neq; cognita causa, et quod adhuc rem aggrauat, noctu, omissa omni fere solennitate eiusmodi in actu aduertenda, arresto detenta in sequestrum posuerit.

Quod arestum etsi animaduerso paulo post tam inocenti errore, et iniqua istorum hominum machinatione relaxatum sit et sublatum: Quia tamen ea re dictorum Fuggerorum existimationi, quam fide atq; integritate sua apud optimos quosq;, maximam sibi iampridem partem etiamnum illaesam conseruari summe student haud parum sit detractum, adeoq; fides eorum in dubium uocari passim coeperit; Confugiunt ad innatam V.ae Dil.is istiusq; celeberrimi Senatus uti sui huc in causa Judicis ordinarij, aequitatem, de tam atroci iniuria, aequum à se, non sua solum, uerum illius etiam, cuius nomen in cõmunibus suis negotiationibus gerunt, demortui iam Antonij Patris et patrui sui illaesa fama, dissimulari nulla ratione posse arbitrantur, coram Judicio isthic Vrõ contra easdem suos diffamatores seu calumniatores Jure experituri, spe certa fore, ut ab eadem V. Dil.e Senatuq; isto famae ipsorum futuro Vindice, id quod Jus et aequum exigunt haud grauatè consequantur, De quo tametsi nos quoq; ob perspectam iampridem istius eiusdem Senatus singularem Justitiae cultum nihil planè diffidamus, pro Ingenti tamen illorum nra de intercessione suscepta fiducia, petimus idipsum maiorem in modum à V. Dil.e illorum causam itatueri, itaq; cõmendatam haberi, ut fide tandem et authoritate tam pclarae familiae ab eius-

modi

modi Diffamatorum iniurijs plenè uindicato, isti nulla interiecta longiori mora, pro merito coerceantur. Erit hoc praeter quòd ad antiquam Iustitiae amantium laudem, quam iampridem clarissimus iste Senatus consecutus est, amplificandum fecerit sanè plurimum nobis quoq; ita gratum, ut omne pristini ergo Vos mutui nri amoris et beneuolentiae officium et V. Dil.ni et eidem Senatui multo etiam libentius porrò simus praestituri. Cui V. Dil.ni praeterea salutem et incolumitatem perpetuam ex animo precamur. Datae Posonij 4. octobr. Anno MDLXIII.

Ad Ducem Venetum. Vt causam Fuggerorum commendatam habere uelit.

Maximilianus &c.

Maximilia. 1520. Varij atq; difficiles fortunae casus, quos Egregius Vir Lucas Marcenides Mundius Legum Doctor probatus, et Cos. Vilnensis perpessus est, dum suorum quorundam Ciuium inuidia diu sanè exagitatus, tandem etiam omni ope destitutus patria unà cum Vxore et liberis miserè exulare cogitur, nos commouent, ut eius aerumnas atq; miseriam parte aliqua sublevari cumprimis cupiamus. Quod cum penes Vrae Serenitatis benignitatem potissimum esse situm ex ipso Luca, qui de iniurijs sibi illatis fidem nobis authenticis documentis sufficienter fecit, intelligamus Eadem sanè V. Serenitas peramantis et uerè fraterni erga nos animi indicium de se eximium probuerit si in ijs rebus, quas is porrectè nobis supplici libello suo, quem his insertum mittimus, nra sibi commendatione impetrari orauit, pro inata sua clementia V. S.tas

ita ipsum benigne fouerit, itaq; uel apud commune Juris remedium manutenuerit, et nos à V. Serp.ta non leuiter amari ipse quoq; Lucas suo comodo intelligens nra insuper intercessione adiutum se esse merito gaudeat. Id quod ab eadem V. Serp.ta et sedulo et amanter cupimus, mutua erga ipsam nra uere fraterna officia ex hoc auctiora etiam futura indubie pollicentes V. S.ti. Quam Deus incolumem perpetuo conseruet. Dat Posonij 4. Octobris Anno p 63.

Ad Regem Poloniae. Vt ~~Lucam~~ Lucam Marcenidem Mundium unà cum uxore et ~~Lax~~: p libris ~~suis~~ exulem apud commune Juris remedium manutenerat.

MAXIMILIANUS. Notum facimus tenore p̄sentium Vniuersis, 2.

1530 Quum noster et Imperij Sacri f. d. Egregius et doctus Hieronymus Osius P. L. et publicus in Schola Wittembergensi professor nobis reuerenter exponi curasset, se in communem Reip. literariae utilitatem opera quaedam sua, tam poëtica, quam soluta oratione scripta in lucem partim edidisse, partim adhuc editurum esse, uereri tamen ne eadem opera ab alijs etiam, quàm ab eo, cuius is p̄lo ~~def~~ demandabit, Typographis, excudantur, adeoq; in suam et Calcographi sui magnum dispendium diuendantur: Et propterea supplex nos orasset, ut ex solita nra clementia eius indemnitati prouidere dignaremur. Nos, cum eos, qui de repub. p̄sertim Literaria tam bene mereri cupiant: ut industriae suae fructus posteris etiam relinquant, fauore et gra nra dignos iudicemus, eius Osij postulatis clementer exauditis, tenore p̄ntium, et ex certa nra scientia statuimus et sancimus, ne quis omnino per totum Romanum Imperium, cuiuscunq; status aut conditionis existat,

dicta

dicta Osij opera, pter eum, à quo primum idem Osius excudi voluit, per decennium ab illorum operum prima editione, sine ipsius Osij consensu imprimere, aut alibi impressum diuendere publicè vel occultò presumat, sub poena quinq; marcharum auri puri, pro dimidia fisco nro Regio, reliqua vero parte ipsi Osio pter librorum amissionem, quos ipsi Osio ubicunq; locorū reperti fuerint, per se vel suos sibi vendicare, inq; suā potestatem redigere fas esto, irremissibiliter applicādarum. Id quod his ipsis lris manu nrā subscriptis et sigilli nri appensione munitis testatum passim volumus. Datæ Posonij 4. Octobris Anno 63°.

Priuilegium pro Hieronimo Osio, ne quis p decennium sua opra imprimat.

~~[illegible]~~

~~In ... nicht nachzudruckh.~~

154.

Sacra Romanorum Regia Mtas, Dominus nr Clementissimus, audiuit plenè, q ad ~~ipsius~~ ipsam superiorum in Inclyto Archigymnasio Viennensi facultatem, et quatuor pcipuarum nationū eiusdem procuratorum noie, tam oretenus, quàm scripto, copiosè delata sunt, statutam, iam antea ab eius Mte in sequenti Rectoris electione cōmunicationē attinentia, nimirum ut ea ipsa electio, ob causas ab ijs inductas, ne nunc quidem ad artium facultatem, liberè deuolueretur, verum alia atq; eiusmodi ratione quæ in supplici libello longius proponitur in eunda, susciperetur.

Et quoniam eadem Regia sua Mtas, etiamnum probè meminit, quæ accepta prius de re informatione, maturo admodum et sufficienti consilio deliberata Decreto à

se antehac ultima superioris mensis Aprilis edito, ex mera nouissimae Sac. Caes. M.tis Dni nri clementis Constitutionis et Declarationis sententia statuisse euidentem et expeditam plane rationem, quae tam in dicta proxima Rectoris Electione, quam lecturarum assignatione, obseruaretur prescribens. Idque decretum, tum statim ijsdem superioribus facultatibus et procuratoribus, publice insinuatum nec ei ab his quicque in hoc usque tempus contradictum. dictae etiam Caes.ae declarationi omnino sit consonum: Ipsa denique aequitas suadet, ne praefata artium facultas in ordinaria et plena electione, qua proxime praeter meritum excludebatur, nunc tamen ullo modo praetereatur.

Confidit penitus eadem sua Regia M.tas pro sua in ipsos benignitate, eosdem superiores facultates, et procuratores &c. dicto priori Regio suo fussui omnino parituros, neque ulla in re uel aduersaturos, ~~neque ulla~~ uel, ei a quoque alio aduersetur esse concessuros, in quo sane Regiae suae M.ti quae ipsorum fortunas et commoda solito suo fauore, et clementia pertetui est fotura et complexura, apprime gratum fecerint, eiusdem et expressam in hoc executuri Voluntatem.

Decretum per Regem v.a Octobris Anno &c. M.D.LXIII.o

de Electione Rectoris in Archigymnasio Vien.

Maximilianus &c.

XLI. (155) Quoniam id negotij, quod apud S. D. Pont.

Max.

Max. hucusq; egimus, eò tandem deductum est, ut ꝑter legationis iampridem in id à nobis institutæ expeditionem nihil iam sit reliquum, equidem nos quoq; de eo nihil porrò agi, uel repeti uolumus, sed extremæ huic sententiæ utrinq; comprobatæ tantisper acquiesci, dum Orator noster isthuc ueniat, quod ut fiat, sub proximis mensis finem omnino decreuimus.

De Concilij rebus, quas Sac. Rom. Cæs. Mtas nobiscum et prius collatæ, ad summũ Pontificem iam scribit, quid inter nos sit actum et statutum, ex eiusdem Cæs. Mtis lris plenè intelliges: Nos certè hoc in negotio, ut Pontifici de Concilio ꝑsertim ad optatum finem quanto ocyus fieri possit deducẽdo gereatur omnem nostram operam et studium diligenter sanè impendimus; Quod per occasionem eius quoq; Sanctⁱ abs te commemorarj libenter ferimus.

Porrò ut pronam illam Reuerendiss. Cardⁱˡⁱ Borromei erga nos uoluntatem gratum nobis cumprimis fuisse aliquo ~~nostro~~ modo contesturemur, scripsimus ad te seorsim de eo lras, quas eius R. Paternitati inspiciendas, et si uelit asseruandas etiam libere porrigas. Datæ Posonij 5 Octobris Anno ꝑ M.D.LXIII.

Ad Oratorem Romæ de legatione Romana, ut de Concilij rebus.

Maximilianus. &c.

156 S. Dn. Pont. Max. his statim acceptis abs te nrõ noĩe reuerenter conuentum, Eiusq; Sanctⁱ de sua nrõ in negotio Resolutione per Reuerendum Delphinum suæ stis Nuncium abundè nobis declaratura gratias agi singulares ꝑclementer cupimus: diciq; ꝑterea nos de expedienda tandem legatione iam totos cogitare, atq; adeò, ut sub finem proximi mensis Romæ appellat, omnino Nos statuisse.

XLII.

Et quoniam tuis ex lris Reuerendissimi in Chrõ ꝑris Cardinalis Borromei amici nri charissimi ingenuam proin in Nos animi synceritatem sæpè quidem antehac

intelleximus: nuper uero p̄dictus Delphinus certiores nos fecit, quanto p̄terea, quamq̄ sincero affectu R.ma sua paternitas idem quod diximus negotij, apud eundem S. D. Pont. Max. promouerit et sategerit, immò sola sua opera totum confecerit: Ei quoq̄ gratijs nostra ex parte amanter actis hoc insuper certo asseres, nos, pro innata nr̄a cura et desiderio, quo ad debitam gratitudinem quibuscunq̄ referendam ducimur; omni, quae sese deinceps offeret occasione effecturos, ut R.mam suam Pat.em à nobis ueri fr̄is et amici loco habitam et aestimatam ee, oēs homines agnoscant. Caeterum q̄cunq̄ porrò eos, quae ad nos spectant, isthic incident R.mae D.i suae libere et confidenter abs te cōmunicata uolumus. Nostram tibi benignitatem solitam constantem perpetuo conseruaturi. Dat. Posonij 5 Octob. Anno M.D.LXIII.

Ad Oratorem Romae. 14

Summo Pont.ci propter negotiorū Reg. S. M.tis resolutionē, deinde Card.li Borromeo, per quē id negotiū promotū est, gratias agat.

XLIII.

157.

Maximilianus &c.

Quantae nobis curae sit, quamq̄ sedulo Illustri Venetorum Duci et Senatui cōmendemus Mag.ci quōdam Antonij Fuggeri filiorum et ex fr̄e nepotum causam, quam hoc tempore isthic agendam instituere, ex inserto his literarum Exemplo plenè accipies. Et quoniam illi tuam etiā operam et studium si accesserit, non leuem ad rem momentum esse allatura omnino sperant: nos sanè ne hac et in parte pro nr̄a in ipsos clementia illis defuturi, petimus abs te benigne admodum, ut quaecunq̄ uel ope, uel sermone tuo, uel quacunq̄ demum alia ratione, et speratam tandem illi aequitatem causaeq̄ finem quamprimum consequantur, effici poterunt, in ijs tu uel ipsis uel illorum procuratori pro constanti tua in nos obseruantia, et diligenter et amanter assistas. In quo sanè non illos solum tibi ad

summam

summam gratitudinem deuinxeris, uerum nobis etiam officium ita gratum prestiteris, ut ex hoc nostram in te benignitatem multo etiam libentius tibi porro simus conseruaturi. Datum Posonij 7 Octobr. Anno p. M.D.LXIII.

Ad Oratorem Cæsareum Venetijs. Vt causa Fuggerorum ad finem ducendam iuuet.

~~Maximilianus~~ &c.

Villadiego Sacellani V. S.tis Musicum, et ob summum illud, erga ipsam quod fert obedientiæ et obseruantiæ studium, eiusdem V. B.tis beneficentia et liberalitate dignum cumprimis existimamus, et ipsi quoque nra benignitate non leuiter prosequimur. Ei igitur nra se intercessione in consequendis a V. S.te ijs q ipsa Serenissa Romanorum Reginæ seruitoribus conferre solet, beneficijs iuuari suppliciter oranti, clementer nos annuentes, ut ei se V. B.do liberalem et munificam ea in re prebeat et uel hac tam facili occasione res, fortunasque eius pater ne foueat magnopere petimus. Est aut uitæ adeousque probatæ uir et pietatis, ut ad eiusmodi Ecclesiastica prsertim munera obeunda a V. Be.ne promotus, non Ecclesiæ solum utilem sed et V. B.tis gratum omnino futurum: certo confidamus: Nos et inter cætera complura V. B.tis paterni erga nos amoris et pietatis testimonia id quoque commemoratum, quacunque occasione ueteri nro filialis erga ipsam obseruantiæ studio compensari sedulo conabimur. Nos preterea nraque filij uere obseruantis officia humillime eidem V. Beat.ni reuerenter comendantes et deferentes: Quam Deus Immortalis Ecclesiæ suæ superstite esse uelit quam diutissime. D. Posonij 10 Octobr. A.o 63.

Ad Summum Pontificem. Commendatitiæ pro Villadiego Musico in Sacello S. S.tis

159 Maximilianus ꝛc.

Fauemus plurimum ~~Albadiegi~~ Viladiegi Pontificij isthic Sacelli Cantoris rebus et dignitati, ac proin ei beneficia in Serenissimæ Romanorum Reginæ Seruitores à summis Pontificib. conferri solita, per nos impetrari sibi cupienti comendatione nra à S. D. Pont. Max. libenter sumus opitulati: Verum ut eam commendationem haud uulgarem fuisse Sanctitas sua intelligat, Hortamur pterea te quoq; clementer admodu, ut quicquid tua insuper uel opera uel sermone, ut uoti ille compos fiat facilius, efficere potes, pro tua in nos constanti obseruantia et cultu nro noie sedulò impertias. Eo tu et indefessum tuum grata nobis officia pstanti studium, et pristinam nostram in te benignitatem auctiorem multo reddes. Posonij 10 Octobris Anno M.D.LXIII°

Ad oratore Romæ.

Ut sermone suo Viladiegu Cantore Pontificiu apud eius Sanctem promouet

XLIV.

Maximilianus ꝛc.

160 Pergraui illa calamitate, in qua Venerabilis Guilielmus Fürstenberger olim Magister militiæ Ordinis Theutonici in Liuonia in Vra Serenitatis potestatem iam pridem redactas, etiamnum uersatur, du sub extremos uitæ suæ annos, in quibus anteactorum laborum suorum solatium et quietem merito sperauerat, captiuus agere cogitur: nos ita afficimur, ut quæ quidem pro eius libertate consequenda possumus, pro nra in ipsum clementis animi propensione perlibenter subeamus. Etsi igitur pro impenso V. Ser.tis erga Sac.m Cæs. Mtem Dnum et Genitorem nrum obseruandissimum persæpe significato

cato studio, animiq; sincera uoluntate, eam esse futurā
speramus suae Mtis apud ipsam authoritatem, ut V. Ser.tas
eius intercessione, q pro eiusdem Guilielmi libertate
denuo iam fit sedula planè et perbenigna, à longid-
ri tandem miseri senis detentione beneuolè sese
deflecti sit permissura; efficit tamen is quem dixi-
mus, amor in illum noster et benignitas, eius p̄claris
uirtutibus conciliata, ut V. Ser.tam nostro etiam nomi-
ne, in ijs, quae in dicti Wilhelmi fauorem eadem
Caes. Mtas. mene scribit, benigniorē illi et aequiorē
sese exhibere amantius etiam desiderimus. Id
quod ita etiam his lr̄is petimus, ut qui oīm dili-
gentissimè et beneuolentissimè, ea spe, fore, ut V.
S.tas laudatae passim ab omnibus suae humanitatis
et mansuetudinis minimè oblita, nr̄o in se syncero
amori tantum tribuat, ne opam hanc nr̄am pro-
bam probo p̄sertim homine apud se interpositam mi-
nimè inanem fuisse breui intelligamus. Nobis
certo id inter p̄clara V. S.tis erga nos declaratae
optimae uoluntatis indicia relatum, ut mutuis
insuper beneuolentiae nr̄ae officijs sedulo compē-
sentur, cum primis erit curae. De caetero V. S.tam
et diutissimè et fortunatissimè uolere peropta-
mus. Dat. Posonij. 10. Octobr. Anno 63.

Ad principem Moschorum. Vt Senē Guilielmū Fürsten-
berger iamdiu captiuū liberet dimittat.

Maximilianus &c.

Nestri et constātis in nos studij, et animi nobis
1610 syncerè deuoti, p̄ter infinita alia indicia, testes
nobis fuēre haud leues illae, quas XVIII superio-
ris mensis die ad nos dedistis, literae, cum

quibus præterea ad universalem reformationem pertinentium capitum, nobis etiam speciatim copiam fuisse factam gratum nobis imprimis extitit: De his quæ consilij apud nos sit captum, quia ex Sacæ Cæs. Mtis. litteris abundè iam accepisse vos arbitramur, longius hic non repetimus. Congratulationis certè Vræ, quam ex allato isthuc Vngaricæ nræ Regiæ inaugurationis nuncio suscepistis, tam illustria ac publicè et edidisse testimonia tametsi ad perspectam iampridem Vræ voluntatis erga nos propensionem, quod ea iamantea plus satis nobis sit cognita, minus erant necessaria, ad augendam tamen nram in vos benignitatem, plurimum sanè contulerunt, Quam nos quidem perpetuam vobis conservaturi, nos etiam ne laboris nri in ijs quæ porro scitu nostro digna isthic incident, ad nos perscribendis quicquam pigeat cohortatos cupimus.

Datæ Posonij 14 Octobr. Anno MDLXIII.

Ad Archiepm Pragensem.
Ad Sigismundum à Thorn
et Quinq. ecclesiensem.

Rerum ad universalem reformationem pertinentium, et Congratulationis de Hungaricæ Regiæ inauguratione, Recepis

Maximilianus

1620 Quoniam ad institutas ultima huius mensis die filiæ suæ nuptias perquam humiliter nos invitasset Magnus f. n. A. Franciscus Zay. Ei aut nos benigni erga ipsum animi nri indicia, cum res ferret perlibenter declaremus, eidem te nos potissimum delegimus et destinavimus, qui nuptialem eiusmodi actum præsens nro nomine, ornares et cohonestares. Quapropter in

stanter

stanter etiam abs te petimus, ut eiusmodi officio pro optima tua in nos uoluntate libenter suscepto, nuptijs non adsis solum agendis nrãm personam in ijs referens, uerum et omnibus in superum nuptialibus solemnibus, ad speratum finem deducendis opem debitam feras. Munus item quod à nobis accipies, sponsæ uirgini nra ex parte clemenenter offeres, neq; eorum, quæ porro ad honestos eiusmodi actus pertinent, quicq; in te desiderari patiearis. In eo ex nra omnino uoluntate feceris, nrãm item in te benignitatem solitam porro facilius etiam demeriturus. Datæ Posonij. 14 [illegible] Anno M.D. LXIII.

Ad Franciscum Pryni. Ut Regiæ Mtis nõie nuptias filiæ Francisci Zayp cohonestare uelit.

163 Maximilianus &c.

De nouis quibusdam contentionibus isthic subortis, q V. Deuotnũ datis ad nos 3a Octobris literis nobis obiter significatum ad Sac. Cæs. Mtem Dnũm et genitorem nrũm obseruandissimum seorsim copiosius prescribuntur, nos etiam plene intelleximus, sup ijs q communicato nobiscum consilio eadem sua Mtas deliberauerit, ut ad nos singula perferantur ipsa sedulo iubebit. Nos quidem ut à se grata nobis accidere eiusmodi officia oia V. Drs intelligant, cum res feret clementer efficiemus. Dat Posonij 14 octob. Anno MD.LXIII.

Ad Pragensem et Quinquecclesiensem Epos. ~~de Concilij rebus~~ nouis contentionibus in Concilio subortis Recepisse.

Maximilianus &c.

164. Queniam ea, quam communi cum collegis isthic

K.

suis uota significauerat nobis, congratulatione V. Deu
immensae suae in nos obseruantiae satis factum esse n
putauit, nisi et peculiare et laetitiae eius, nra S3. de
Vngarica Coronatione susceptae, signum apud nos e
ret, id sane nos grata cumprimis memoria complex
in V. Dn. porro hoc noie beneuolentius et complect
Da animum erga teipsum nrum nunq remitten
dum id nobis officium summe gratum et accep
fuisse eidem V. Dni. abunde aliqn. contestem
Quapropter haec qdem V. Dnio. de nobis sibi certo
pollicita nos porro ista animi deuotione colere
nunq desinet Datum Posonij. 14 Octob.
Anno p. M D. LXIII.

Ad Quinq ecclesiensem. Congratulationes de Vngarica Coronatione suscepta Recepisse.

1650 Mandat Serio Sac. Rom. Regia Mtas: Ex Vngarica Cancellaria confestim, atq hoc ipso adhuc die, aeditum Caes. Mtis nomine graue mandatum Judici et Magistro Ciuium Posonien: insinuari, quo arctissime ipsis iniungatur, ut quae huic supplicanti, tanq Iuniorum Archiducum Regiorum filiorum hospitiorum Designatori, deberi ex hac eius supplicatione liquido constant, ea, ante proxime secuturam Dominicam sine omni strepitu et figura Judicij libere ipsi exoluenda, interposito officio suo, omnino curent, et efficiant:

Decretum per Regem XIX Octob. Anno 63. Posonij, Vt Posonien. Designatore hospitiorum Regiorum filiorum exoluant.

166° Sac. Rom. Hungariæ et Bohemiæ Regia Mtas et Clementer et instanter iubet, Vt miseris his Oratorib. omni porro innouatione, alioq; iniquo onere aut grauamine exoneratis id, quod ius et æquum expetit, quanto citius fieri pt, impertiatur: in eo maximè, quod supplici suo libello orant, Idq; ex Hungarica Cancellaria in meliori forma absq; mora expediatur.

Decretum pe Regem 20 Octob. Anno 63° Posonij.
Vt oratoribus his, id quod ~~fuis expetit~~ orant, absq; mora expediatur.

Maximilianus f.

Quoniam qui has ad Vram D~~eiusdem~~ feret f. n. d. Jacobus de Leodio Serenissimæ Rom. Reginæ, coniugi nræ dilectiss. totum iam decennium à pedibus fuisse se seruum, nunc aut tam priuatorū, quàm aliorum quorūdam impendentiū sibi negotiorū causa de patria sua repetenda cogitare suppltr nobis significasset, obnixè Nos orans, ut nra eum intercessione V. D. in primis comendatum redderemus. Nos aut ut uitæ et morum eius honestatem, quam toto eo tempore quo nobiscū fuit, de se pstitit, benigne comprobemus: Petimus sane maiorē in modum à V. Deuot.ne, q quidem ad res fortunasq; eius iuuandas pertinebunt, ea illi benignitate impertiri, ut hanc de nra comendatione spem suam non frustra cæpisse euidenti suo cōmodo sentiat. Id quod et gratum nobis summè fuerit, et nra in Vram D.em beneuolentia plibenter cum res feret compensabitur, Cui pterea Deus ora ex animo fortunet. Posonij 23 Octob. Anno 63.

Ad Epum Leodiensem Vt Jacobū de Leodio Comendatū habeat.

Maximilianus 2do Salutem 2ci. Literas Vrae Paternitatis

1680 quinto Idus Augusti ad nos datas studio in nos propensissimo et obseruantia plenas, eo nos uicissim amore et beneuolentia accepimus, quam iste Vrae Paternitatis perclarus animi candor meretur et postulat, cuius, etsi iamantea complura nobis extant indicia, constantiam tamen summam ex ijsdem lrīs egregie elucescentem singulari et amore complectimur. Quam igitur fidem de nro in se animo suscepisse V. Dilnem intelligimus, eam ne manere ipsa unquam experiatur, Nos certe ijs, q ab Amico quidem candidissimo merito expectet, officijs perlibenter efficiemus, Eidem Vrae Dilti omnia a Deo felicia exoptantes. Posonij ~~uigesima sexta~~ XXVI octobris Anno 63°.

Ad Ferrariae Cardinalem.

Lrarum quibus se Regiae S. Mti commendat

Recepisse. ~~Maximilianus~~

1690

Nos MAXI= Et quia nobilis f. n. d. Marcus Ants. Spinola, dilectorum nrorum filiorum Archiducum Rodolphi et Ernesti Supmus stabuli Pfectus, Sac. Rom. Cas. Mti Dno et prenti nro Clemo. et obserno nobisque scientib, et expsse consentientibus, Psentes hos captiuos, quos quidem capitis reos declaratos extremo tamen supplicio nra mera ex gra exemptos, in meritae poenae compensationem partim perpetuo, partim certos in annos, pro cuiusque delictorum atrocitate ad Triremes

Christianis inseruitum condemnauimus, per Mandatarium suum rectà Genuam deducendos et deuehendos curat. Nos sanè tam Sac.ae Cæs. M.tis quàm nro etiam noie mandamus et petimus, Vt eidem Spinolæ Mandatario, unà cũ dictis captiuis p Ditionũ, Jurisdictionũ, et prouinciarũ Vrarũ loca tam mari, quam terra proficiscentem, non liberè solùm passim progredi permittatis, sed etiam, si id iusto soluto precio expetierit, hospitia bene munita, omnem p̃terea tam Jumentis, quàm curribus, cæterisq; ad rem necessarijs suppeditandis operam et subsidium p̃stetis et exhibeatis. Et si porro quisq; ex Vobis eiusmodi alios mortis reos hões in Carceribus suis detineat "eos" etiã, p̃scripto tamen prius singulis illorum certo termino, in quem usq; Triremibus addictos esse opporteat, p̃fato Spinolæ, eiusue Mandatario auehendos tradi et cõmitti benigne cupimus: Nisi forte tam nefanda sint tamq; enormia, q̃ isti cõmisissent, Crimina, Vt grauiori etiã supplicio, quam simplici ad mortem Condemnatione digna reperiantur. Quo casu Juris æquitatem eiusmodi Triremiũ poenæ luitione neutiq; excludi, sed iustæ executioni demandari uolumus. In eo Vos et dictæ Cæs. M.tis et nra etiã benigna ex uoluntate omnino egeritis. Datũ Posonij XXIX.a Octob. Anno 63.o

~~Passwort für etlich gefangne mensch so der Spinoza nach Italien auff seinen Mandatarium auff die Galleen füren lässt.~~

Lrãe patentes, pro p̃captiuos ad Triremes condemnatos, p Mandatariũ Spinolæ Genuã deducendos.

BADISCHE
LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg